



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Diplomatvm Belgicorvm Libri Dvo

Le Mire, Aubert

Brvxellis, 1627

45. Wenemarus Castellanus Gandensis fundat Abbatiam Canoniorum regularium in Bornehem, Flandriae municipio, ad veterem Scaldis alueum, circa an. 1100.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10903

minum, iuxta timorem Dei & instituta sanctorum Canonum. Postmodum verò deducatur ante Episcopum, & accipiat temporale beneficium loci, & curam animarum, & prælationis benedictionem.

Rogamus ergò in Domino, tam præsentibus fratres nostros, quàm & successores Episcopos nostros, & sanctorum Canonum auctoritate interdiximus, & nostra, ne quis hoc donatium libertatis violare aut corrumpere præsumat. Siquis scienter huius nostræ institutionis priuilegium infregerit, excommunicationi subiaceat.....

Actum Atrebatum in Synodo, in basilica B. Mariæ semper Virginis, Dominæ nostræ, anno videlicet Dei Christi M. XCVII. Indictione 1097.
V. XII. Kal. Nouembris.

NOTATIONES.

Cono) presbyter, eiusque magister Heldemarus, auctores ac conditores fuisse cœnobij Aroasiensis: à quo postea viuendi formulam & nomen accepit reformatam Congregatio Aroasiensis Canonico-regularium: de qua Iacobus Vitriacus in Historia sua Occidentali agit, & nos in Chronico Canonico-regularium.

ARIDAGAMANTIA) hodie est Aroasia, vulgò *Eroage*.

CAPVT XLV.

Wenemarus Castellanus Gandensis fundat Abbatiam Canonico-regularium in Burnehem, Flandriae municipio, circa annum 1100.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego WENEMARVS Gandensis Castellanus ecclesiam apud *Burnehem*, cum membris suis, videlicet *Haueslesdunck* & *Hingen*, feci libertate donari: ita vt Canonici inibi manentes duos presbyteros, non de claustro, sed alios officio congruos, apud *Haueslesdunck* constituent, quemadmodum tempore aui mei, imò ab ipso auo meo *Fulcardo* sub banno confirmatum est, vnum qui apud *Burnehem*.....

Notandum sanè, quia ad vsus Canonico-regularium ibidem regularium omnes decimas de *Martinesforthe* ad *Burnehem* pertinentes, & v-

M. 3

num

num mansum terræ inter *Broclant* & *Gestlant*, præter ius ad dicum, nec non & vnum sach ad turuos & ad siluam, vnum stele in *Valham* ad pisces, in *Spiringa* eandem picandi potestatem, quam illius loci dominus habet, dedi.

Dedi & prædium in *Bucholt*, quod ab Abbate S. Laurentij Leodicensis, & à fratribus emi, cum CC. ouibus, minùs decem. Quod *Malgotus* inde habet in feodum, & *Erplant*, id est, terra accrescens, exceptum est: sed istud idem exceptum, ad seruitium capellæ meæ, ibidem in *Burnchem* Domino dedicaui.

Nomina autem testium subscribi fecimus.

Signum Ansboldi Præpositi.

S. Fulcardi Decani.

S. Ogeri Capellani.

S. Menardi clerici, Benzonis, Theoderici, Onulfi, Winczonis, Sigeri.

NOTATIONES.

BURNEHEM) sen *Bornehem*, vulgò *Bornhem*, est amplum *Flan-driæ* municipium, *Baroniæ* titulo clarum, cum arce, ad veterem *Scaldis* alueum. Fuit eo loco olim *Canonicorum regularium* *Abbatia*, à *Wenemaro* Castellano *Gandensi* fundata: cuius hodieque vestigia ac rudera visuntur iuxta templum parochiale. Hodie in *Bornhem* est *Præpositura* seu cella *Benedictinorum*, ab *Affligemio* dependens.

HAVESLESDVNCK) hodie *Haesdonck*, vicus *Bornhemio* vicinus.

HINGEN) vicus eodem in tractu, *Baroniæ* titulo nunc clarus.

SPIRINGA) fortè *Spirinckbroeck* hodie.

BYCHOLT) nunc *Buggenhoudt*, vt suspicor, vicus olim *Nassaviæ*, nunc *Bournonvillæ* gentis: vbi quondam fuit cella seu *Prioratus* *monachorum cœnobij Affligemiensis*.

CAPVT